

LIBER GENESIS 21,1-34 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam
Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)*

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Abraham und Sara bei Abimelech

Verdeutschung von M. Buber

gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

01 Visitavit autem Dominus Saram, sicut promiserat: & implevit, quae locutus
est.

Et Dominus visitavit Sarah quemadmodum dixit. Et fecit Dominus ipsi

Sarah, quemadmodum locutus est.

(I) Abrahæ (E) et dominus visitavit Saram sicut dixit et fecit deus Saræ sicut locutus est.

(H) Abraham visitavit autem dominus Sarram sicut promiserat et implevit quæ locutus est.

Visitavit autem Dominus Saram, sicut promiserat, et implevit Saræ, quæ locutus est;

ER aber hatte Sara bedacht, wie er gesagt, und ER tat der Sara, wie er geredet.

ER ordnete es Sfara zu, wie er gesprochen hatte, an Sfara tat ER, wie er geredet hatte.

02 Et concepitque & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Deus.

Et concepit & peperit Sarah ipsi Abraham filium in senectute eius ad tempus præfixum quod locutus fuerat ei Deus.

(E) Et concepit et peperit Sara Abrahæ filium in senectute sua et in tempore sicut locutus est illi dominus.

(H) Concepitque et peperit filium in senectute sua tempore quo prædixerat ei deus.

Concepitque et peperit Abrahæ filium in senectute eius tempore, quo prædixerat ei Deus.

Und sie wurde schwanger und gebar dem Abraham einen Sohn in seinem Alter zur Frist, die Gott geredet hatte.

Sfara wurde schwanger und gebar Abraham auf sein Alter einen Sohn zu der Frist, von der Gott ihm geredet hatte.

03 Vocavitque Abraham nomen filii sui, quem genuit ei Sara, Isaac.

Et vocavit Abraham nomen filii sui qui natus est sibi, quem peperit ei Sarah, Ischae.

(I) Et vocavit nomen filii sui (S) qui factus est ei Isaac.

(H) Vocavitque Abraham nomen filii sui quem genuit ei Sarra Isaac.

Vocavitque Abraham nomen filii sui, quem genuit ei Sara, Isaac.

Und Abraham nannte den Namen seines Sohnes, welcher ihm geboren wurde, den ihm Sara geboren hatte, Jishak.

Und Abraham rief den Namen seines Sohnes, der ihm geboren worden war, den Sfara ihm geboren hatte, Jizchak. Er lacht.

04 Et circumcidit eum octavo die, sicut praeceperat ei Deus.

Et circumcidit Abraham Ischae filium suum, filium octo dierum, quemadmodum praecepit ei Deus.

(I) Et tunc circumcidit Abraham puerum die octava.

(H) Et circumcidit eum octavo die sicut praeceperat ei deus.

Et circumcidit eum octavo die, sicut praeceperat ei Deus.

Und Abraham beschnitt seinen Sohn Isaak an dessem achten Tage, wie Gott ihm geboten hatte.

Abraham beschnitt Jizchak, seinen Sohn, zu acht Tagen, wie Gott ihm geboten hatte.

05 Cum centum esset annorum: Hac quippe aetate patris, natus est Isaac.

Et Abraham filius centum annorum in nascendo ei Ischae fili(i) sui.

(I) Abraham autem erat annorum centum quando genuit Isaac.

(H) Cum centum esset annorum hac quippe aetate patris natus est Isaac.

Cum Abraham centum esset annorum, natus est ei Isaac

filius eius.

Und Abraham war im hundertsten Jahre, als ihm sein Sohn Isaak geboren wurde.

Abraham aber war hundert Jahre, als Jizchak, sein Sohn, ihm geboren wurde.

06 Dixitque Sara, risum fecit mihi Deus: Quicumque audierit, corridebit mihi.

Et dixit Sarah: Risum fecit mihi Deus. Omnis audiens corridebit mihi.

(I) Dixit et Sarra risum mihi fecit dominus quicumque enim audierit (E) congratulabitur mihi.

(H) Dixitque Sarra risum fecit mihi deus quicumque audierit conridebit mihi.

Dixitque Sara: „Risum fecit mihi Deus; quicumque audierit, corridebit mihi?“

Sara aber sprach: Ein Lachen hat mir Gott bereitet. Jeder, der es hört, lacht mir zu.

Sfara sprach: „Ein Lachen hat Gott mir gemacht, alljeder, ders hört, lacht über mich.“

07 Rursumque ait, quis auditurum crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni ?

Et dixit: Quis locutus fuisset ad Abraham, lactare fecit filios Sarah, quia peperit filium in senectute eius ?

(I) Et dixit Sarra quis adnuntiabit Abrahae quoniam lactat infantem Sarra.

(H) Rursumque ait quis auditurum crederet Abraham quod Sarra lactaret filium quem peperit et iam seni.

Rursumque ait: Quis auditurum crederet Abraham quod Sara lactaret filios, quia peperit ei filium iam seni?"

Und weiter sprach sie: Wer hat dem Abraham angesagt: Es säuget

Kinder Sara! Ja, ich habe einen Sohn geboren in seinem Alter.

Und wieder sprach sie: Wer hätte Abraham zugerant: Sohnlein wird

Sfara säugen?! Wohl, einen Sohn habe ich ihm auf sein Alter geboren!

08 Crevit igitur puer, & ablactatus est; fecitque Abraham grande convivium in die ablactationis eius.

Et crevit puer, & ablactatus est. Et fecit Abraham convivium magnum, in die ablactari Ischae.

(I) Crescebat ablactatus est et fecit Abraham convivium magnum quando ablactatus est Isaac filius eius.

(H) Crevit igitur puer et ablactatus est fecitque Abraham grande convivium in die ablactationis eius.

Crevit igitur puer et ablactatus est. Fecitque Abraham grande convivium

in die ablactationis eius.

Es wuchs das Kind und wurde entwöhnt, und Abraham gab ein großes Gastmahl am Tage, da Isaak entwöhnt wurde.

Das Kind wuchs groß und wurde entwöhnt, und Abraham machte ein großes Trinkmahl, am Tag, da Jizchak entwöhnt wurde.

09 Cumque vidisset Sara filium Agar Aegyptiae ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham:

Et vidit Sarah filium Hagar Aegyptiae, quem peperit ipsi Abraham subsannantem. Et dixit ad Abraham:

(E) Videns autem Sarra filium Agar Aegyptiae qui natus erat Abrahae Ludentem cum filio suo Isaac, dixit ad Abraham:

(H) Cumque vidisset Sarra filium Agar Aegyptiae ludentem cum filio suo Isaac, dixit ad Abraham:

Cumque vidisset Sara filium Agar Aegyptiae iocantem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham:

Und da sah Sara den Sohn Hagers der Ägypterin, den sie dem Abraham geboren hatte, Spott treiben. Und sie sprach zu Abraham:

Einst sah Sfara den Sohn Hagers der Ägypterin, den sie Abraham geboren hatte, spottlachen. Sie sprach zu Abraham:

10 Eice ad ancillam hanc, & filium eius: Non enim erit haeres filius ancillae cum filio meo Isaac.

Eice ancillam hanc & filium eius: Quia non haereditabit filius ancillae

huius, cum filio meo cum Ischae.

(E) Eice ancillam et filium eius non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Isaac.

(H) Eice ancillam et filium eius non enim erit heres filius ancillae cum filio meo Isaac.

“Eice ancillam hanc et filium eius; non enim erit heres filius ancillae cum filio meo Isaac.”

Gib Abschied dieser Magd und ihrem Sohne, denn es soll der Sohn dieser Magd nicht erben mit meinem Sohne, mit Isaak.

Vertreibe diese Sklavin und ihren Sohn, denn nicht soll der Sohn dieser Sklavin mit meinem Sohn, mit Jizchak, erben.

11 Dure accepit hoc Abraham pro filio suo.

Et malum fuit verbum valde in oculis Abraham propter causas filii sui.

(I) Durum visum est Abrahae.

(X) Et pessimus visus est sermo in oculis Abraham propter filium eius.

(H) Dure accepit hoc Abraham pro filio suo.

Dure accepit hoc Abraham propter filium suum.

Aber die Sache war in den Augen Abrahams sehr mißfällig wegen seines Sohnes.

Sehr arg war die Rede in den Augen Abrahams wegen seines Sohnes.

12 Cui dixit Deus: Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla

tua: Omnia quae dixerit tibi Sara, audi vocem eius; quia in Isaac vocabitur tibi semen.

Et dixit Deus ad Abraham: Ne sit malum in oculis tuis, super puerum, & super ancillam tuam: Omne quod dicet ad te Sarah, audi vocem eius: quia in Ischae vocabitur tibi semen.

(I) Non sit durum ante te de puero et de ancilla omnia quaecumque tibi dixit Sarra audi vocem eius quoniam in Isaac vocabitur tibi semen.

(X) Et dixit deus ad Abraham.

(H) Cui dixit deus non tibi videatur asperum super puero et super ancilla tua omnia quae dixerit tibi Sarra audi vocem eius quia in Isaac vocabitur tibi semen.

Cui dixit Deus: “Non tibi videatur asperum super puero et super ancilla tua; omnia, quae dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quia in Isaac vocabitur tibi semen.

Da sprach Gott zu Abraham: Es sei dir nicht mißfällig um den Knaben und um deine Magd. Alles, was Sara zu dir sagt, tue, denn in Isaak soll dir Same genannt werden.

Aber Gott sprach zu Abraham: Nicht sei es arg in deinen Augen um den Knaben und um deine Sklavin. In allem, was Sfara zu dir spricht, höre auf ihre Stimme; denn in Jizchak wird dir Same berufen.

13 Sed & filium ancillae faciam in gentem magnam, quia semen tuum est.

Et etiam filium ancillae in gentem ponam eum, quia semen tuam ipse.

(I) Et filium autem ancillae huius in magnam gentem faciam illum (A) quia

semen tuum est.

(H) Sed et filium ancillae faciam in gentem magnam quia semen tuum est.

Sed et filium ancillae faciam in gentem magnam, quia semen tuum est.”

Aber auch den Sohn der Magd werde ich zu einem Volk machen, denn er ist dein Same.

Aber auch den Sohn der Sklavin, zum Stamm will ich ihn machen, denn dein Same ist er.

14 Surrexit itaque Abraham mane; & tollens panem & utrem aquae, imposuit scapulae eius; tradiditque puerum, & dimisit eam. Quae cum abiisset, errabat in solitudine Bersabee.

Et manicavit Abraham in diluculo, & tulit panem, & utrem aquae, & dedit ad Hagar, posuit super humerum eius, & puerum; & dimisit eam: & perrexit & erravit in deserto Beersebah.

(I) Surrexit autem Abraham mane et (E) accepit panes et utrem aquae et dedit Agar et imposuit super humeros eius infantem et dimisit illam exiens autem Agar erravit in deserto iuxta puteum iurationis.

(H) Surrexit itaque Abraham mane et tollens panem et utrem aquae imposuit scapulae eius tradiditque puerum et dimisit eam quae cum abisset errabat in solitudine Bersabee.

Surrexit itaque Abraham mane et tollens panem et utrem aquae imposuit scapulae eius tradiditque puerum et dimisit eam. Quae cum abisset, errabat in deserto Bersabee.

Da stand Abraham am Morgen auf und nahm Brot und einen Schlauch

Wasser und gab es an Hagar, es auf ihre Schulter legend, und das Kind, und entließ sie. Sie ging und irrte in der Wüste Bersheba.

Abraham stand frühmorgens auf, nahm ein Brot und einen Schlauch Wassers und gab es Hagar – legte es auf ihre Schulter – samt dem Kind und schickte sie fort. Sie ging und verirrte sich in der Wüste Ber-Scheba.

15 Cumque consumpta esset aqua in utre, abiecit puerum subter unam arborum, quae ibi erant.

Et defecerunt aquae de utre: & proiecit puerum subter unam arborum.

(E) Et defecit aqua de utre et posuit infantem sub arbore.

(H) Cumque consumpta esset aqua in utre abiecit puerum subter unam arborum quae ibi erant.

Cumque consumpta esset aqua in utre, abiecit puerum subter unum arbustum.

Aber das Wasser ging aus dem Schlauche aus, da legte sie das Kind unter einen der Sträucher.

Als nun das Wasser im Schlauch zuende war, warf sie das Kind unter einen der Sträucher.

16 Et abiit, seditque e regione procul quantum potest arcus iacere: dixit enim: Non videbo morientem puerum: & sedens contra, levavit vocem suam, & flevit.

Et abiit, & sedit sibi e regione, elongando se sicut iactus arcus, quia dixit: Non videbo in mortem pueri: & sedit e regione, & elevavit vocem

suam, & flevit.

(A) Et discessit et sedere coepit contra illum longe quantum arcus mittit

(O) Et abiens sedit de contra longe quasi iactu sagittae

(I) Dixit enim non videbo mortem filii mei (E) et sedit contra eum et
exclamans puer ploravit.

(H) Et abiit seditque e regione procul quantum potest arcus iacere dixit
enim non videbo morientem puerum et sedens contra levavit vocem suam
et flevit.

Et abiit; seditque e regione procul, quantum potest arcus iacere. Dixit enim: “Non videbo morientem puerum”. Et sedens contra levavit vocem suam et flevit.

Sie ging und setzte sich gegenüber, in der Entfernung, wie man mit dem Bogen schießt, denn sie sprach: Ich will das Sterben des Kindes nicht mitansehen, so saß sie gegenüber und erhob ihre Stimme und weinte.

Und ging und saß für sich, gegenüber, wie Bogenzieler entfernt, denn sie sprach: Ich kann nimmer zusehn, wie das Kind stirbt. So saß sie gegenüber, erhob ihre Stimme und weinte.

17 Exaudivit autem Deus vocem pueri: vocavitque Angelus Dei Agar de coelo, dicens: Quid agis Agar? Noli timere: exaudivit enim Deus vocem pueri de loco in quo est.

Et audivit Deus vocem pueri. Et clamavit Angelus Dei ad Hagar de coelis, & dixit ei: Quid tibi Hagar? Ne timeas, quia audivit Deus vocem pueri

in quo ipse ibi.

(E) Et exaudivit dominus vocem pueri de loco ubi erat et vocavit angelus domini ipsam Agar de caelo et dixit ei quid est Agar noli timere exaudivit enim deus vocem pueri de loco ubi erat.

(H) Exaudivit autem deus vocem pueri vocavitque angelus domini Agar de caelo dicens quid agis Agar noli timere exaudivit enim deus vocem pueri de loco in quo est.

Exaudivit autem Deus vocem pueri; vocavitque angelus Dei Agar de caelo dicens: “Quid tibi, Agar? Noli timere; exaudivit enim Deus vocem pueri de loco, in quo est.

Aber Gott hörte die Stimme des Knaben, und ein Bote Gottes rief der Hagar vom Himmel her zu und sprach zu ihr: Was ist dir Hagar? Fürchte nichts, denn Gott hat die Stimme des Knaben gehört, wie er dort ist!

Gott aber hörte die Stimme des Knaben, Gottes Bote rief Hagar vom Himmel her zu und sprach zu ihr: Was ist dir, Hagar! Fürchte dich nimmer, denn gehört hat Gott auf die Stimme des Knaben ebendort, wo er ist.

18 Surge, tolle puerum, & tene manum illius: quia in gentem magnam faciam eum.

Surge, tolle puerum, & fortifica manum tuam in eo, quia in gentem magnam ponam eum.

(E) Surge et accipe puerum et tene in gentem enim magnam faciam eum.

(H) Surge tolle puerum et tene manum illius quia in gentem magnam
faciam eum.

**Surge, tolle puerum et tene illum manu tua, quia in gentem magnam
faciam eum”.**

**Erhebe dich, nimm den Knaben auf und halte ihn fest an deiner
Hand, denn zu einem großen Volke will ich ihn machen.**

**Auf, hebe den Knaben und umfasse ihn mit deiner Hand, denn zum
großen Stamm will ich ihn machen.**

19 Aperuitque oculos eius Deus: quae videns puteum aquae, abiit, & implevit
utrem; deditque puero bibere.

*Et oculos eius, & vidit puteum aquae: & ivit, & implevit utrem aqua, & dedit
potum puero.*

(E) Et aperuit deus oculos eius et vidit puteum aquae vivae et abiit et implevit
utrem de puteo et dedit puero.

(H) Aperuitque oculos eius deus quae videns puteum aquae abiit et implevit
utrem deditque puero bibere.

**Aperuitque Deus oculos eius; quae videns puteum aquae abiit et implevit
utrem deditque puero bibere.**

**Und Gott öffnete ihre Augen, und sie sah einen Wasserbrunnen, und sie
ging und füllte den Schlauch mit Wasser und tränkte den Knaben.**

**Gott klärte ihre Augen, und sie sah einen Wasserbrunnen. Sie ging hin,
füllte den Schlauch mit Wasser und letzte den Knaben.**

20 Et fuit cum eo: qui crevit, & moratus est in solitudine, factusque est iuvenis sagittarius.

Et fuit Deus cum puero, & crevit: & sedit in deserto, & fuit iaculans arcu.

(E) Et erat deus cum puero.

(H) Et fuit deus cum eo qui crevit et moratus est in solitudine et factus est iuvenis sagittarius.

Et fuit Deus cum eo; qui crevit et moratus est in solitudine factusque est iuvenis sagittarius.

Und Gott war mit dem Knaben, er wuchs heran, wohnte in der Wüste und wurde ein Schütze, ein Bogner.

Und Gott war bei dem Knaben. Er wuchs groß und saß in der Wüste, und er wurde ein Schütz, ein Bogenführer.

21 Habitavitque in deserto Pharan; & accepit illi mater sua uxorem de terra Aegypti.

Et habitavit in deserto Paran, & accepit ei mater eius uxorem de terra Aegypti.

(X) Et inhabitaverunt a Faramon.

(H) Habitavitque in deserto Pharan et accepit illi mater sua uxorem de terra Aegypti.

Habitavitque in deserto Pharan; et accepit illi mater sua uxorem de terra Aegypti.

In der Wüste Paran wohnte er, und es nahm ihm seine Mutter ein Weib aus dem Lande Ägypten.

Er saß in der Wüste Paran, und seine Mutter nahm ihm ein Weib aus dem Land Ägypten.

22 Eodem tempore dixit Abimelech, et Phicol princeps exercitus eius, ad Abraham, Deus tecum est in universis quae agis.

Et fuit in tempore ipso, & dixit Abimelech, & Pichol princeps exercitus eius ad Abraham, dicendo: Deus tecum in omnibus quae tu faciens.

(A) Factum est autem in tempore illo (I) et dixit Abimelech (O) et Ochozath pronubus eius et Phicol princeps exercitus eius.

(H) Eodem tempore dixit Abimelech et Phicol princeps exercitus eius ad Abraham deus tecum est in universis quae agis.

Eodem tempore dixit Abimelech et Phicol princeps exercitus eius ad Abraham: “Deus tecum est in universis, quae agis.

Bei jener Gelegenheit geschah es, dass Abimelech und Pichol, sein Heeresoberster, zu Abraham also sprachen: Gott ist mit dir in allem, was du tust!

Es geschah um dieselbe Zeit, Abimelech sprach samt Pichol, seinem Heeresobersten, zu Abraham: Gott ist bei dir in allem, was du tust.

23 Iura ergo per Deum, ne noceas mihi, & posteris meis, stirpique meae; sed iuxta misericordiam, quam feci tibi, facies mihi, & terrae in qua versatus es advena.

Et nunc iura mihi in Deo: Ecce, si mentitus fueris mihi, & filio meo, & nepoti

meo, iuxta misericordiam quam feci tecum, facies mecum, & eum terra, qua peregrinatus es in ea.

(A) et terra quam inhabitasti in ea.

(H) Iura ergo per dominum ne noceas mihi et posteris meis stirpique meae sed iuxta misericordiam quam feci tibi facies mihi et terrae in qua versatus est advena.

Iura ergo per Deum, ne noceas mihi et posteris meis stirpique meae; sed iuxta fidem, quam feci tibi, facies mihi et terrae, in qua versatus es advena”.

Also schwöre mir bei Gott hieselbst, dass du nichts lügen wirst, mir und meinem Spross und meinem Schoß. Nach der Liebe, die ich an dir getan habe, wirst du an mir tun und an dem Lande, in dem du gegastet hast.

So schwöre mir jetzt hier bei Gott: Lügst du je mir, meinem Spross und Schoß, sondern Huld, wie ich sie an dir tat, tue an mir und an dem Land, darin du gastest.

24 Dixitque Abraham: Ego iurabo.

Et dixit Abraham: Ego iurabo.

(H) Dixitque Abraham ego iurabo.

Dixitque Abraham: “Ego iurabo”.

Darauf antwortete Abraham: Ich schwöre.

Abraham sprach: Ich also will schwören.

25 Et increpavit Abimelech propter puteum aquae quem via abstulerant servi eius.

Et increpavit Abraham ipsum Abimelech super causas putei aquae, quam rapuerant servi Abimelech.

(I) De puteis.

(H) Et increpavit Abimelech propter puteum aquae quem vi abstulerant servi illius.

Et increpavit Abraham Abimelech propter puteum aquae, quem vi abstulerant servi eius.

Aber zurechtgewiesen hat Abraham den Abimelech von wegen des Wasserbrunnens, den die Knechte Abimelechs geraubt hatten.

Doch Abraham ermahnte Abimelech wegen des Wasserbrunnens, den hatten Abimelechs Knechte entrissen.

26 Responditque Abimelech: Nescivi quis fecerit hanc rem; sed & tu non indicasti mihi, & ego non audivi praeter hodie.

Et dixit Abimelech: Non novi quis fecit verbum hoc: & etiam tu non nunciasti mihi, & etiam ego non audivi praeter hodie.

(H) Respondit(que) Abimelech nescivi quis fecerit hanc rem sed et tu non indicasti mihi et ego non audivi praeter hodie.

Responditque Abimelech: “Nescivi quis fecerit hanc rem; sed et tu non indicasti mihi, et ego non audivi praeter hodie”.

Darauf sprach Abimelech: Ich weiß nicht, wer diese Sache getan hat, und auch du da hast mir nichts angemeldet – ja, ich habe bis heute

nichts davon gehört.

Abimelech sprach: Ich weiß nicht, wer dieses Ding tat, auch du selber hast mir´s nicht gemeldet, auch habe ich´s selber nicht gehört außer heute.

27 Tulit itaque Abraham oves & boves, & dedit Abimelech: percusseruntque ambo foedus.

Et accepit Abraham pecudem, & bovem, & dedit ipsi Abimelech: & percusserunt ambo ipsi foedus.

(A) Et disposuerunt ambo testamentum.

(H) Tulit itaque Abraham oves et boves et dedit Abimelech percusseruntque ambo foedus.

Tulit itaque Abraham oves et boves et dedit Abimelech; percusseruntque ambo foedus.

Darauf nahm Abraham Schafe und Rinder und gab sie dem Abemelech, und sie schlossen einen Bund.

Sodann nahm Abraham Schafe und Rinder und gab sie Abimelech, und die beiden schlossen einen Bund.

28 Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsim.

Et statuit Abraham septem agnas pecoris solas ipsas.

(H) Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum.

Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum.

Es stellte aber Abraham sieben Lämmer von den Schafen allein.

Abraham aber stellte die sieben Lämmer der Schafherde besonders.

29 Cui dixit Abimelech: Quid sibi volunt septem agnae istae, quas stare fecisti seorsim?

Et dixit Abimelech ad Abraham: Quid hae septem agnae istae, quas fecisti stare seorsum?

(H) Cui dixit Abimelech quid sibi volunt septem agnae istae quas stare fecisti seorsum.

Cui dixit Abimelech: “Quid sibi volunt septem agnae istae, quas stare fecisti seorsum?”.

Da sprach Abimelech zu Abraham: Was sollen da diese sieben Lämmer, die du allein gestellt hast?

Abimelech sprach zu Abraham: Was sollen diese sieben Lämmer, die du besonders gestellt hast?

30 At ille: Septem, inquit, agnas accipies de manu mea: ut sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum.

Et dixit: Quia septem agnas capies e manu mea, ut sit mihi in testimonium, quod fodi puteum hunc.

(O) Et dixit septem oves has accipies a me ut sint in testimonium mihi quia ego fodi puteum istum.

(H) At ille septem inquit agnas (has) accipies de manu mea ut sint in testimonium mihi quoniam ego fodi puteum istum.

At ille: “Septem, inquit, agnas accipies de manu mea, ut sint in

testimonium mihi, quoniam ego fodi puteum istum”.

Er antwortete: Dass du die sieben Lämmer aus meiner Hand nimmst, auf dass es mir zum Zeugnis diene, dass ich diesen Brunnen gegraben habe.

Der sprach: Dass du die sieben Lämmer aus meiner Hand nimmst, damit es mir zum Zeugnis sei, dass ich diesen Brunnen gegraben habe.

31 Idcirco vocatus est locus ille, Bersabee: quia ibi uterque iuravit.

Idcirco vocavit locum istum Beersebah: quia ibi iuraverant ambo ipsi.

(O) Ideo cognominavit nomen loci illius Puteus Iuramenti quia ibi iuraverunt ambo.

(H) Idcirco vocatus est locus ille Bersabee quia ibi uterque iuraverunt.

Idcirco vocatus est locus ille Bersabee, quia ibi uterque iuraverunt.

Darum nannte er diesen Ort „B´er Seba“ (Brunnen der Schwur-Sieben), denn dort hatten beide geschworen.

Darum ruft man jenen Ort Ber-Scheba, Brunnen des Sieben-Schwurs, denn dort haben die beiden geschworen.

32 Et inierunt foedus pro puteo iuramenti.

Et percusserunt foedus in Beersebah.

(H) Et inierunt foedus pro puteo iuramenti.

Et inierunt foedus in Bersabee.

Und sie schlossen einen Bund in B´er Seba.

So schlossen sie einen Bund in Ber-Scheba.

33 Surrexit autem Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius; reversique sunt in terram Palaestinorum. Abraham vero plantavit nemus in Bersabee, & invocavit ibi nomen Domini Dei aeterni.

Et surrexit Abimelech, & Pichol princeps exercitus eius, & reversi sunt ad terram Pelistim. Et plantavit arborem in Beersebah: & invocavit ibi in nomine Domini Dei seculi.

(A) Plantavit agrum ad puteum iuramenti.

(H) Surrexit autem Abimelech et Phicol princeps militiae eius reversique sunt in terram Philistinorum. Abraham vero plantavit nemus in Bersabee et invocavit ibi nomen domini dei aeterni.

Surrexit autem Abimelech et Phicol princeps militiae eius reversique sunt in terram Philisthim. Abraham vero plantavit nemus in Bersabee et invocavit ibi nomen Domini, Dei aeterni.

Abimelech und sein Heeresoberst Pichol aber standen auf und kehrten in das Land der Philister zurück. Abraham aber pflanzte eine Tamariske in B´er Seba und rief S E I N E N Namen als Gottheit der Ewigkeit an.

Dann machten sich auf Abimelech und Pichol, sein Heeresoberster, und sie kehrten ins Land der Philister zurück. Er aber pflanzte eine Tamariske in Ber-Scheba und rief dort den Namen aus: E r , Gottheit der Weltzeit.

34 Et fuit colonus terrae Palaestinorum diebus multis.

Et peregrinatus est Abraham in terra Pelistim dies multos.

(O) Et habitavit Abraham in terra Philistinorum diebus multis.

(H) Et fuit colonus terrae Philistinorum diebus multis.

Et fuit colonus in terra Philisthim diebus multis.

Und Abraham war lange Zeit im Lande der Philister.

Und Abraham gastete viele Tage im Land der Philister.